

Sigismundus primus rex Poloniae,  
 Mariae reginae Hungariae.

128

Credimus maiestatem vestram, eo quo  
 par est animo, ferre casum miserabilem  
 magnifici Stephani de Bathor, qui dum  
 floretet, summoque magistratu inclyti re:  
 gni Hungariae fungeretur, accepit uxorem  
 illustris et vetustae familiae, Masovia du:  
 cum sororem, cum qua vitam agens ut  
 credidit felicem et fortunatam, nulla sua,  
 sed fortune culpa et malignitate ad id  
 devenit, ut de gradu deiectus cum coniu:  
 ge sua in summa sit calamitate col:  
 locatus, de qua si nulla spes emergendi  
 sit reliqua, quid utroque ipsorum calami:  
 tosius dici et existimari possit, nihil pro:  
 fecto cogitando assequi valeamus. Sed cum  
 non ignoremus ipsam fortunam rerum  
 dominam, eum cursum tenere semper so:  
 litam esse, ut nec quos clarificat, per:  
 petuo foveat, nec quos deprimit perpe:  
 tuo premat, non cessamus causam eius  
 apud serenissimum et charissimum re:  
 potem nostrum dominum Ludovicum etc:  
 agere, ut post tot exantlatos labores et  
 erumnas in recuperanda tandem amiv:  
 sa dignitate, utrumque eorum, auctori:  
 tate et gratia sua iuvare dignetur. Ve:

stram

stram quoque maiestatem etiam atque  
etiam rogamus, dignetur utriusque eo:  
rum calamitatis, eam quam par est,  
rationem habere, et imprimis hanc ma:  
ionem, huius familiae oriundam, cum  
qua etiam vestrae maiestatis familia  
satis propinquam consanguinitatis con:  
iunctionem habuit, gratia complecti di:  
gnetur, idque agat et efficiat, ne in  
hac miseria omni ope destituta, con:  
tabescat et consummatur. Id enim  
agens, ut collapsos et iacentes erigat,  
ab his qui recte iudicant, sic censebitur,  
ut nihil magis se dignum favore pos:  
se videatur, et nobis erit valde gratum.  
Cupimus vestram maiestatem bene et feli:  
citer valere. 1594.